

# DEO OPTIMO MAX.

## QUÆSTIO MEDICA,

*QUOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBUS  
mane discutienda, in Scholis Medicorum, die Jovis decimæ-septimæ  
Novembris anni M. D C C. XXXV.*

M. FRANCISCO - FELICITATE COCHU,  
Doctore Medico, Praefide.

*An, diuturniori Pulmonum Catarrho Tonica.*

I.

**S**PONGIOSAM raramque Pulmonum substantiam qui sedulò perpenderit, si mirari definat cur innumeris propè objiciantur ægriudinibus. Et verò tam figniter intus & extùs cujuscunque generis admittunt vala ; tantà molitie circum Bronchiorum orbes glandulas fluquare sinunt ; adeò tenuibus cinguntur & intersecantur membranis ; tam flexili demùm coagmentantur lobulorum apparatu ; ut levi de cauâ aberrare à Tono, humoresque, quot quot sint, in suam perniciem imbibere velut apti nati sint. Hinc, tanquam è feminatio, germinant Peripneumonia, Asthma, Hæmophtoë, Phtisis, ceteraque idiopathicorum Pulmonis affectuum formidanda cohors. Nec per se solum divexari valent Pulmones : aliorum etiam viscerum patiuntur deliramenta ; infonctesque, iis sapè pleantur crudeliùs. Si diuturniori Ventriculus, & Intestina obruantur imbecillitate, crudamque & indigestam ad sanguinem laboriosè amendant Clitymosim ; hanc intemperiem brevi sentier, delicata pars, Pulmo, humorumque adulteratam ægrè sustinebit molem. Quam crudeliter & Pulmones lacerat Hepatis induratio Schirrofa, vel Cholidochi canalis obstruētio, quis non videt? deficiente etenim secretione bilis, vel ejusdem excretione, hac redundabili in alveum sanguinis, acremque inter circulandum diathesim contrahens, molle Pulmonum Parenchyma continuò vellicabit, illudque tandem morbose afficiet. Est & quod multum reformident ex Uteri parte ; dum hic scilicet inordinato raptus astu, sanguinem intra hujus cayum ex naturæ voto fluere tentantem, insanè repellit, aut serofæ tantum partì viam non negat strictionem : Quippe late ille purpureus non raro intra Pulmones necit moras, ibique, vel, ex leviori tussicula, vasorum diffringens parietes spumosus exscreatur ; vel, ignaviter stagnans, deletricem naturam induit, & Phtisis, ut plurimum, partis insanabilem. Ita sèpè causis formidabiliores videtas effectus. Quid plura? Renes ipsi, Mesenterium, ceteraque corporis partes male affectæ, totidem nonnunquam sunt Pulmonibus hostes infensiissimi ; Quos inter, non contentinendam labem inferre potis est Catarrhus: Sive is etenim è naribus & fauibus, in Pulmones d. stillaverit, sive in ipsamet Pulmonum substantia fuerit congenitus, illos suâ præfentiâ gravabit, atque dimovet à Tono ; nisi mala sua præsentient æger, iis ponat obices per remedia quæ noxiös humores generose discutiant ; quæque effractas Pulmonum fibras refarcendo, has ab imminentे ruinâ vindicent.



**P**ULMONUM Catarrhus est copiosior serosi vel pituitosi humoris intra eorum substantiam influxus. Hujus originem à percepto frigore, & humidiori temperamento ut plurimūm repetas: huic & ansam præbet rarius textura Vesicularum quo supervacuis humoribus ex-facili proluntur: vel aliquando fit à neglegēto narium aut faucium Catarro qui, priori derelictā sede, per metasthalmūm in Pulmones involat, eosque pertinaciūs obsidet. Non Pulmonum Catarro una eademque indeoles, non sub signis se se prodit iisdem. Nunc tenuis, aquosus, & dulcis, sensim sine sensu ad Pulmones adrepit; nunc acer, spissus, & mordax, in eos irruit vehementer: Hunc propterea semper isto periculostorem haud recte tibi effingeres. Cum tanto furor impetu, nondum labefactata Pulmonum fibra, incommodam hanc humorum faburram excutere, cum successu moluntur; ipse que sua forris monitus æger, quod à Medico per initia flagitavit levamen assequitur per quam facillimē: Sed cum seniori symptomate abblanditur, inani delusus securitate misellus ægrotans de medelā non satagit, consuetaque non intermitit munia, dūm sāpē causam sui interitus nefsiens intus gerit sub pectorē: Interea enim Catarrhus licet lento gradu properans, vires suas recolligit; jam per apertos vasorum porulos intra Vesiculos paulatim transpirat; jamque paulatim fibras earum irrigat & emolliit: hæ mox laxata nimium, subsequenti etiamnum Catarro patentiorē adhuc cedunt aditum. Qui sub specie miti sese insinuat hostem, velut hopitii jure, excipit Pulmo non suspicax; sed humorūn perpetuū appellentium temporisque successu, Catarrhus fit asperior, & in fibras quas initio blandè irroraverat immaniter insurgens, Tonum earum evertere conatur; donec incuria ferè proiectus ad ~~antrum~~, morā diurniori Pulmonum Vesiculos inertes efficiat, acreidine stimulet, tenacitate infasciat, opprimat copiā. Ita nunc, solisque Mucilaginosis & Incrassantibus humores incarcerated noxios; vel Acribus, incassūm Pulmonis lancinate fibrillas, & utrisque, ditissimos affectus coagimentate, & conglutinate.

**H**AUD multūm sanè proficeret Medicus qui genuinam moborum tenens causam, hos farragine pugnantium remediorum debellare suscipere; vel qui in symptomata tantummodo insurgens, causam haberet pro nihil: In errores tam exitiosos is incidere caveat qui, detectā fluxūs Catarrhalis origine, perfectam hujus morbi curationem solis Incrassantibus, & Mucilaginosis auspicatur. Hæc multo præsertim phlegmate lento turgent & vifido, nulloque vel paucō saltem fale volatili donantur. At, quis, & minimè acutus non sentit quām pessimè agant in partes jam serosis & pituitosis humoribus imbutas atque gravatas; suo quippe tenaci succo, intra Vesiculos noxios intricare valent humores, fibrarumque Pulmonis quas ulterius emolliunt, atque laxant, Tonum funditūs eruere; quin & Pulmones ipsos copiosiori adhuc incrementorum colluvie referent. Quid mirum si Catarrhalis humor jam diurniori morā acribus, horum adhuc medicamentorum infaustrā congerie copiosior fiat, faculentior, & acrior. Hinc atrox, & repetita tussis; hinc tantus ad nullam ferè expectorationem labor: Catarro enim jam fracta Vesicularum vires, Incrassantibus, & Mucilaginosis omnino atteruntur. Nec solas Pulmonum fibras aggrediuntur hæc medicamenta: junctis cum Catarro viribus, ipsos vasorum sanguiferorum orbes mutuo contactu debilitant; prepediunt itaque intra Pulmones sanguinis circulus; donec aucta idcirco vasorum systole, atque dyastole, is in Vesiculos continuò arietet,

easque calefaciat nimium, inflammet, imò & exulceret. Proh dolor ! Ideò tunc positos obices superabit sanguis, ut quam contraxit intra Pulmones colliquatam diathersin, ad ceteram humorum massam inferat, febremque prius lentam, mox purtidam, & lethalem in corpus disseminet. Quot & ex Incrassantium abusu Catarrhi fiunt præfocantes ! Remediis tam perperam adhibitis, magis ac magis collabascunt fibra Vesicularum, & ad quoslibet nisus surdæ, inertes jacent, & imbecilles. Tunc quo lubrico ductu se se expedire tentat materia nocens, nullis adiuta viribus, ad Pulmones iterum relabitur, importunumque parit Asthma ; copiosiorique tandem, & Incrassantium haustu, humorumque sàburrà obrutus fato cedit æger. Ad acrim stimulantia quid incasùn te converteres ? Illa in Pulmones non verè descendunt, sed solummodo laringem titillant, pungunt & irritant ; unde forsan humores quosdam fistulis Pneumonicis laxè fluitantes exantlant : dùm materiam copiosam, lentam & tenacem, Bronchiis & Vesiculis impactam haud attingunt ; quin imò, per consensum etiam Pulmones exigitando eos, ut plurimùm, damnose fatigant. Nec feliciori successu, liberaliori indulges usui Saccharorum, que, requidem verà, dolores ad tempus fallere ; symptomatumque saevitiam demulcere videntur : sed, ehen ! quātanunt illum istud levamen malis compensant crudelioribus ! insidiolâ titillatione copiosiores seri rivulos ad Pulmones deturbant ; summâque quā tenacitate pollent, Catarrhum efficiunt adhuc glutinosiorem. Dubio igitur hoc omni Medicamentorum genere misso, ad ea velut ad sacram anchoram confuge, que certam ferant quam pollicentur opem.

#### I V.

**T**ONICORUM nomine hic intelligenda veniunt Medicamenta que materiam Pulmones opplenent, incident & attenuant ; quæque effætum Vesicularum robur revocant atque resarcint. Plurima hæc inter, palmam præcipient Volatilia & Balsamica ; turpiter autem hallucinarentur ii qui Balsamicorum ascriberent ordinis Medicamenta quedam hoc impropiè decorata titulo ; ut sunt Lac, Oleum amigdalorum dulcium, Syrupi expectorantes quidam, Sebestenæ, Ficus, &c. qua quidem Dulcium, Lubricantium, & Incrassantium classi potiori jure sunt annumeranda. Illa pro veris Volatilibus & Balsamicis habeas, que multo sale volatili scatent, & sulphure ; Balsamum scilicet Tolatanum, Peru-vianum, Copayum, Crocus, Millepedæ &c. Tam potentibus prudenter instruetus remediis, pertinaciiores Pulmonum Catarrhos haud anceps aggredere. Hæc, non, Lubricantium & Incrassantium more, Trachæam tantummodo lambunt ; sed per circulanten sanguinem intra Pulmones advecta, in intimos eorum suffunduntur recessus : per Suffitum etiam & Vapores ad medium usque pectus aspirati queunt. Adeftu ne tunc materia tenax, & viscida, Vesiculos opprens, Bronchiorumque ipsis impæcta finibus ? Jacent-ne Pulmonum hæc imbibitorum prostrata vires ? Tantos affectus Balsamicis & Volatilibus lubenter committas ; Hæc sola penes est tenuibus quibus pollut particulis, quasi cuneis toridem, coherentem gypsaemque Catarrhi textum relovere ; dùm illa Balsamico lito elanguentes, &, ut ita dicam, sopitas Vesicularum stimulant ac suicitant fibras, qua pristinam demùm ad se revocantes *in ipsius*, humores feliciter contritos, feliciter adhuc foras ejiciunt. Nec ad leniores Pulmonum Catarrhos Tonica relegabimus. Quam erunt & proficia, si, ex humorum acredine, exulceratae fuerint fibra Vesicularum, erosaque Pulmonum vafa ! Rore enim benigno Vesiculos condient ac regenerabunt, vasorumque sanabunt distensiones, atque rupturas. Quin & si jam cruda tubercula congenita fuerint, illa discutient & exterminabunt, tubulos & Vesiculos detergent, arcebuntque putredinem. Generalioribus tamen

remediis insistere non ideo negligas : Proderit & sanguinem pro hujus indole & copia, unâ vice, vel iterum atque iterum fundere ; sic & intemerata magis, liberiorique cursu ad Vesiculos ferentur Tonica ; gravique pondere liberati Pulmones medelam accipient efficaciem. Cathartico etiam subinde movebis alvum, ut & Tonis conquassatus humor, ad intestina simul & ad Trachem appulsus, duplice viâ celerius eliminetur : lene autem purgans exhibeat, ne, si secundum factum fuerit, sanguinem calefaciendo & agitando nimis, in statum colliquatum ulterius reducat, & sic ex accidenti morbus promoveatur.

V.

**P**E R F E C T A M diuturnioris Pulmonum Catarrhi curationem, ab Incrasti-  
stantibus, & Mucilaginosis institui posse ultrò pernagavimus ; non diffitemur  
autem quin utiliter nonnunquam adhiberi queant. Si fluxus Catarrhalis acredine  
Pulmones exasperentur, hanc apprime retundet moderatus Lubricantium haustus ;  
Tussim ex imo pectori erumpentem sedabunt ; minorique conatu egeretur hu-  
mor: Quin, & cum Tonis ritè maritata utramque adimplebunt paginam : hæc  
causam penitus abradent ; Symptomatum fævitiam demulcebunt illa. Esto igitur  
quod ut *Paregorica* adhibeantur Lubricantia & Mucilaginosæ ; dum à solis To-  
nis integra salus ægrotantium expectanda venit. At, inquit? Virtibus nimis  
pollent Tonica; & ne dum debilitatis Pulmonum fibrillas ad naturæ normam  
confitment, è contra spasmodicam illarum promovent contractionem. Absit ut  
tantos errores in medicamenta nostra refundas meritò ! Si quando infasti ex  
Tonorum usu sequi videantur effectus, pravam illa adhibendi methodum potius  
incusa, vel ipsorummet ægrotum incuriam, qui per initia de morbo parum  
solliciti, tussis exacerbationes Mucilaginosis quibusdam, & saccharatis Syrupis, per  
intervalla lenire tantummodo fatigunt; eoque instanti Medicam invocant opem  
quo radices morbus egerit. nullà prorsus arte extricabiles, & quo, ut inquit  
Morton, *de anime futurâ salute*, & *Testamentis faciendis Theologum & Jurisperium*  
*considere magis conuenit*. Sed si tempore opportuno, & pro atate, sexu, genioque  
morbi solerter temperentur Tonica, felicem semper tibi licebit ex his sperare  
successum. Nec ad ea sola confugere fas erit, qua superiori Corollario per trans-  
fennam recensuimus ; ampla darur adeò Medicamentorum nostrorum seges ut  
varia, pro variis morbi gradibus feliciter veniant. Ut vebo dicam, sua sunt  
in morbis à labefacto Pulmonum robore ortum ducentibus, cuique Medico  
Ordini Tonica : Apud nos præstat usus Chalybis naturâ vel arte parati ; Kinam-  
Kinam Angli prædant ; suam Cascarillam laudant Germani. Quid adhuc itaque  
dubites praxim amplecti, ratione fultam & judicio, peritissimumque Medi-  
corum suffragio comprobata.

*Ergo diuturniori Pulmonum Catarro Tonica.*

**D O M I N I D O C T O R E S D I S P U T A T U R I.**

<i>M. Anonius-Joannes Daval.</i>	<i>M. Achilles-Franciscus</i>	<i>M. Thomas-Bernardus:</i>
	<i>Fontaine.</i>	<i>Bertrand.</i>
<i>M. Otto-Casimirus Barfeknecht.</i>	<i>M. Joannes-Baptista-Ludovicus</i>	<i>M. Camillus Falconet, salubris:</i>
	<i>Chomel.</i>	<i>Confili Régii Socius. &amp; è:</i>
<i>M. Robertus-Hubertus Lingueut.</i>	<i>M. Hyacinthus-Theodorus-</i>	<i>Régia Numismatum Academias:</i>
<i>et alii.</i>	<i>Baron, Scholarum Professor</i>	<i>demia;</i>
	<i>designatus.</i>	<i>M. Hyazinthus-Theodorus</i>
		<i>Baron, Ex Decanus &amp; Cen-</i>
		<i>for Academia.</i>

**P**roponebat Parisiis, LUDOVICUS-JACOBUS PIPEREAU,  
Rothomagensis, Baccalaureus Medicus, A. R. S. H.

1735. à sextâ ad meridiem.